

ACTA

PHYSICO-MEDICA
ACADEMIÆ CÆSAREÆ
LEOPOLDINO-CAROLINÆ
NATURÆ CURIOSORUM

EXHIBENTIA

EPHEMERIDES


SIVE

OBSERVATIONES HISTORIAS
ET EXPERIMENTA

^A
*CELEBERRIMIS GERMANIÆ
ET EXTERARUM REGIONUM*

VIRIS

HABITA ET COMMUNICATA
SINGULARI STUDIO
COLLECTA.



VOLUMEN QUARTUM
CUM APPENDICE

ET PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS.

NORIMBERGAE,
APUD HÆREDES W. M. ENDTERI ET J. A. ENGEL-
BRECHTI VIDUAM, 1737.

Dubiæ relationis lapides figurati ex rivulis undique conquiruntur, qui *Carpolithis* lapidibus, amygdalās, nutes aliaque ruditer præ se ferentibus; accenseri solent, sed pauci momenti esse visi sunt: *Actites*, vel lapillis, vel terra graves unde *Goodes* dicti, proveniunt in Ochra ferreæ indolis, nec desunt lapides generico termino *χηλάρι*, seu *sonantes* appellati, qui Aetitæ non sunt, quales existunt *Ostracomorphi*, in quibus aliquando pectuncululus ex sede sua motus sonitum edit: Ceteroquin *Jaspadibus*, *Calcedoniis*, *CrySTALLIS*, *Jaspachate* in globis non caremus, quas politura fatis conspicuos & Musæis percaros efficit. Reliquam Fossilium gloriam Hermundurorum vicinis montibus relinquimus.

OBSERVATIO CXLIV.

DN. D. IOHAN. ERNESTI HEBENSTREIT.

De

Antimonio rubro.

S *Tibium* DIOSCORIDIS, THEOPHRASTI omniumque ex antiquitate Medicorum, quod à Chemicis *Antimonium* appellari coeptum est, utut elementorum compage, & effectu nullo discrepet, miram tamen glebæ suæ, qua nascitur, naturam efficit diversitatem & formas induxit, quæ pro mineralis istius puritate, vel cognatis quibusdam miscela, itidemque pro superficiæ externa politura & coloribus,

Aaaa 3

bus,

bus, pluries differunt, ita quidem, ut illius multiplici facie haud parum ornentur Curiosorum Metallothecæ. Præter enim quod striarum eadem semper mensura non gaudeat, siquidem metallicis aliud latius, aliud tenuius striatum dici solet. Fortasse & DIOSCORIDES, cui inter Synonyma stibii est τὸ πλατύφθαλλόν, ad hanc conditionem respexit, quamvis eo, quod inter pigmenta oculorum extiterit, sic dictum feratur ab aliis. Præter quod eodem saxo junctim existat, cum minio, recentiorum Cinnabari, plumbo candido vel nigro, Galena, Plumbagine, argenti aurive glebis, inde etiam Libavio Antimonium aliquod aurosum, argentosum aliud, habetur, præter quod haud raro Bisemuthi, vel Cobalti, vel Syritis arsenicalis aliorumque pyritum consortio delectetur, id potissimum attentione dignum est, quod colorem eundem semper haud servet: *Antimonium album* ex Fodinis Transylvaniæ inter rariora habetur, cujus etiam LIBAVIVS Syntagm. Libr. 7. c. 22. meminit, sed singulare prorsus est *Stibium rubrum*, quod paucis abhinc annis prope *Freybergam* ex cuniculo Gratia Dei dicto, erui coepit. Jucundus est concreti aspectus, nam præter hilaritatem rubedinis, spicalorum teneritas & mirabilis eorundem ordo glebam commendabilem efficit: Neque enim tantam plumas & asteriscos sua directione hæc spicula describunt, qua parte superficiem saxi tegunt, sed & integram venum stratis suis replent, ita quidem, ut illa quousque patet, quibuscunque modis in fragmenta disrumpatur, miniatum cum nigro colorem mixtum oculis offerat. Saxum, quod mineralis istius

matrix existit, Cryſtallus eſt; quam *Quarzum*, Germano titulo latinitate donato appellant metallicolæ. Sinuoſa plerumque apparet & cavernoſa; quam lapidis conditionem *Druffen* appellamus, cryſtallis, ſeu fluoribus hexagonis ſplendidiffimis; ſed minutulis reſplendens. Haſ cavernas ſpicula iſtâ ruberrima aliquando prorsus replent; abradi & à ſaxo ſeparari haud difficulter poſſunt, & experimenta, quibus Antimonium genuinum eſſe comonſtratur, facilitant. Cæteroquin Antimonium vulgare nigrum conſertim eidem glebæ innasctur; ut cõgnoſcas colore ſaltim hæc duo; cæteroquin unum; diſſerre; *Pyrites*; qui omnium Venarum metalliferarum hospes eſt, nec hoc quidem ſaxum deſerit, ſed partius admiſcetur. Duo autem peragenda videbantur in Mineralis iſtius examine; alterum quo reciſcẽſem verumne eſſet Antimonium, nec minera ſterilis; alterum quo cẽrtõ conſtaret; rubedinem ex accidenti ineſſe, nec ex ſubſtantia: Dubium movere poterant concreta quædam mineralia, quæ rubore & ſtriarum poſitu huic venæ tantisper accedunt Cobaldi flores *Robold Blüthen* & Cobaldi cruſtam *Cobald ; Beſchtåg* appellamus. Favillam arſenicalem, quæ Cadmiæ metallicæ, putatæ; (nam liſ eſt num Cobaldum & Biſemuthum noſtras Romanis cognitum extiterit,) aſterificis ruberrimis & ærugine perquam rubente operet. Verum præter quod ipſe aſpectus utriusque concreti manifeſtam, ſed terminis non ſatis explicantem diverſitatẽ innuat, docimafia docet, flores ſoſce Cobaltinos; (licebit cum *Diſcoride* qui flores Aſii lapidis habet, hoc termino ſalvâ latinitate uti,) verum eſſe cobaltum in vitrum azureum mutabileſ: Verum longe aliter res ſeſe habet, cum Antimo-

timonii rubri striis, quæ omnia passæ sunt, quæcunque cum Antimonio vulgari nigro fieri solent. Non enim tantum pro divite vena hanc monticolæ agnoscunt, quam rejecturi erant, nisi successus responderet, sed & experimentis omnia constituerunt. Separabantur striæ istæ ruberrimæ, & igne reverberii torquebantur: Fatiscebat massa in pulverem album; Fumo interim exhalante, quem pro floribus Antimonii haud difficulter agnoscere quis poterat. Continuata tortura ignis, sine additamento vitrum fluebat, quale est vulgare Antimonii, quod additâ particula sulphuris & elegantius & promptius obtinebatur. Ex altera parte ista spicula, per descensum, in regulum vulgari haud absimilem confluebant, omni evanescente rubore, qui in nativo tam miris coloribus luserat. Crudus ille regulus cum salibus in regulum striis elegantibus argentei coloris conspicuum abiit, nihilque quod Antimonio vulgari absimile esset, demonstravit, quod ipsum cum vitro & calce in regulum deducto ita successit, antimonium adeoque est legitimum & prorsus dives, sed de colore rubinis haud inferiore, qui spicula ornat, difficilior extitit quæstio. Notum est metalla in venis haud raro diverso, quam qui natus existit, colore conspici: Quis arbitraretur, nisi artis conscius, argentum anthracis colore rothgülden Erzt, hepatis colore Zerberfarben Erzt, cornei coloris, tale, quam quod igne fit, vere existere? quis plumbum nigrum ex Vena ejus viridi vel rubrâ, ferrum ex hæmatite & Schistinnodo expectaret? cujuscunque demum halitus effectus iste color sit, arsenicalis, an sulphureus. Id

certe constare inter omnes arbitror, volatile esse istud Tincturæ genus, quod superficiem hujus nostri eleganter adeo mutaverat, igni resistere haud potuit. Est aliquis ex sententia BECHERI, halitus subterraneus, qui corpora metallica pervadit, destruit, mutat, *Arsenicum* appellant Philosophi, termino vago; *spiritum universalem* alii. Quicquid ejus sit, certe avtopsia docet, duo esse principia, summam penetrandi vim obtinentia in regno minerali, Pyritis seu sulphuris, qui aureo colore, & arsenicalem, qui rubro colore plerumque tingit, halitum. Hujus vestigia habemus in ipso *Pyrite arsenicali*, seu *Arsenico rubro maturo*, *Auripigmento nativo*, quod *Sandaraca vera*, *Bisemuchi* & *Cobalti floribus*, & in hoc nostro, *stibio rubro*. Diu multumque cogitatum fuit, an calcinationis subterraneæ effectus color iste esse possit; docet enim chymia non tantum metallorum calces igne ruborem inducere, sed & Antimonium ipsum si cum calce viva strato super stratum collocato, torreatur, igne reverberij, in ruberrimos cineres fatiscere. Sed alia omnino res esse intellecta fuit, eo quod Antimonium à calcinatione rubens fixum esset, floribus omnibus, seu parte phlogista, prorsus exutum, hoc nostrum quamdiu rubet halituosum, inde ab igne albescens deprehenderetur. Judicatum adeoque fuit. Stibium rubrum arsenicali fumo tinctum & ex vulgatiore sic immutatum fuisse, nam docere id striæ nigræ & lucentes cum rubentibus mixtæ, quarum illæ successu temporis etiam rubræ futuræ sunt, videbantur.

(*Lipſia Erfordiam transmissa*
d. 2. Decembr. 1736.)

A. P. M. Vol. IV.

B b b b

OBSER-